



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1541. usque ad annum 1546

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1770**

**VD18 90118510**

§. 80. Congregatio contra abutentes verbis sacræ Scripturæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66615](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66615)

emendationem multos ante annos con- Sæcul. XVI.  
fecerat, exemplar ad Legatos transmi- A.C. 1546.  
fit, ut Romanæ Curiæ emendationem  
semetipsum reapse dudum desiderasse  
ostenderet, palamque ficeret, hanc jam  
prius a se fuisse perfectam, quam a Sy-  
nodo suggestam.

## §. LXXX.

*Congregatio contra abutentes verbis  
sacrae Scripturæ.*

**H**abebantur die tertia ac quinta Apri-  
lis duo Patrum confessus, in quibus  
agebatur de abusibus verborum sacræ  
Scripturæ, quando illa ad usus Verbi  
divini Sanctitati omnino adversos, vel  
ad artes magicas, aut ad superstitiones  
pro inveniendis thesauris adhibentur,  
vel famosis libellis Verbi divini textus  
usu fere maligno ac impio applicantur:  
præcipue vero id satyris Romæ adeo fre-  
quentibus inferere prohibebatur. Ad  
hoc etiam superstitionum genus revoca-  
batur vanus sacrosancta Evangelia se-  
cum deferendi, vel Dei nomen usurpan-  
di usus pro prævertendis, aut sanan-  
dis infirmitatibus, aut avertendis in-  
fortuniis, & pro rebus prosperis sibi  
procurandis, vel etiam, quod majo-  
rem adhuc sapit malitiam, pro operibus  
lascivis, aliisque impiis actionibus, aut

*Hist. Eccl. Tom. XXXVIII. K k pro*

**Sæcul. XVI.** pro conjurandis animalibus, quæ agris  
A.C. 1546. satisque nocent: Cunctos igitur hosce  
 abusus damnari, ac puniri petebant Pa-  
 tres, qui omnes uno ore dicebant, quod  
 Verbum Dei tanta, quanta ei debetur,  
 reverentia æstimari haud possit, ut pro-  
 in maximum sit flagitium ad prophanos  
 usus illud detorquere: cum autem ho-  
 rum abusuum numerus pene numero  
 concludi haud posset, ac aliunde Syno-  
 dus non eo ex fine convocata foret, ut  
 singulis malis prope innumeris proli-  
 ciat: hinc communis opinio eo tende-  
 bat, ut Decretum conderetur, in quota-  
 men peculiaris abusuum mentio non sie-  
 ret, sed ii verbis duntaxat generalibus  
 prohiberentur, de cetero autem poenæ  
 Episcoporum arbitrio relinquerentur,  
 simulque interdiceretur Typographis,  
 ne sacrum quid prius excudant, donec  
 publice approbetur.

### §. LXXXI.

#### *Postrema Congregatio generalis Se- sioni præmissa.*

**Pallav. l. 6.** **D**ie septima Aprilis pridie ad Sessionis  
c. 16. n. 1. indictæ diem generalis adhuc ha-  
Raynald. hoc bebatur Patrum confessus, quo poste-  
anno n. 45. ma admoveretur manus Decretis altera-  
 die promulgandis: ubi etiam Synodi  
 Promotor quorumdam Episcoporum ab-  
 sen-